



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis  
Plvrimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

**Visch, Charles de**

**Coloniæ Agrippinæ, 1656**

Capvt I. Rationes quibus Iudæi pluralitatem Personarum diuinorum  
impugnant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38433**



# INCIPIT LIBER III. QVADRIPARTITÆ.

M<sup>ri</sup>. Alani de Insulis, contra Iudeos.

## CAPUT I.

Rationes quibus Iudei pluralitatem Personarum diuinorum impugnant.

 Icunt Iudei vnum Deum esse, sed pluralitatem personarum esse negavit. Nunc ad peruersam Iudeorum mendicitatem, quæ adhuc eum Aſino expeſat ad pedem montis, nec adhuc in Moysi faciem potest intueri, nostrum conuertamus sermonem; & primo, quid de Authore omnium sentiant, videamus. Dicunt enim eundem esse Deum, & universorum creatorem, sed tres personas esse in Deitate, non credunt, nec quid sit essa personas in Trinitate attendere volunt. Vnitatem quidem essentia credunt, sed Personarum pluralitatem non concedunt. Hoc autem rationibus & authoritatibus sic probare conantur. Si vnuſ est Deus, ſicut clamat Sacra Scriptura, quomodo afferit Christianus, tres reſ inter ſe diſtinctas, ſcilicet, Patrem & Filium, & Spiritum Sanctū, vniuſ eſte Deitatis? quia ſi plures ſunt, etiam plures Diſj, & non vnuſ Deus eſte videntur. Quomodo enim singularis natura vniuſ Personæ ab aliis diſtinctæ, eſtet natura alterius Personæ? Sic ita triplex Deus eſte videtur, non vnuſ. Sed Dominus ad Israel per Moysen ait: (a) Audi Israhel, Dominus Deus noster, Dominus vnuſ eſt.

Non ergo triplex, ſicut Christiani dicunt hie, nugantes, Deus eſt Pater, Deus eſt Filius, Deus eſt Spiritus Sanctus. Alius item Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, & intetim negant tres Deos eſte. Quæ eſt hæc monſtruofitas, vt in Trinitate ſit Vnitas, & in Vnitate ſit Trinitas. Quomodo vnuſ ſolus Deus eſt, ſi plures ſint Deus? Qui hoc dicunt, Deos conſtituunt alienos, contra præceptum Domini qui ait: (b) Non habebi Deos alienos. Qui vnuſ quidem & loquunt eſte Deum dicunt, & plures tamen eſte aſſerunt. Si Deus voluſſet vt Iudei crederent tres personas eſte vnuſ Deum, & Trinitatem eſte in vnitate, eis explicuſſet ſicut cetera ad fidem pertinientia explicuit: quia, vt Christianus ait, ſicut ad fidem pertinet vnitas, ita & Trinitas; ſed de hæc nec Patriarchæ, nec Prophetæ mentionem feciſſe leguntur. Item, ſi Pater genuit Filium, neceſſe eſt igitur gignentem tempore præcessiſſe genitum, & aliquam particulam de ſubſtantia gignentis decisam fuille. Item: Nulla pluralitas potest eſte in Deo, ybi eſt ſumma & perfecta simplicitas. Item: Quod omnifatiæ ſimplex eſt, nihil de le gignere potest.

VLLY

CAPUT

(a) Deut. 6, 4. (b) Exodi 30, v. 32.